

Hunc tu si capies, vincatum duc, nec miserare.  
 Si flentem videoas, ne decipiare caveto.  
 Sin ridet, tu stringe trahens. Si suavia porrigit,  
 Tu fugito; oscula dira & labra infecta veneno.  
 At si dicat, Habe hęc, Tibi cuncta hęc largior arma,  
 Ne attigeris, fallax donum, tincta omnia flammis.

## BIONIS SMYRNEI IDYLLIUM.

**A**Uceps in sylva volucres dum captat opaca  
 Forte puer, summa in buxo conspexit Amore  
 Aversum, gaudetq; putans magnam esse volucrem.  
 Continuoq; aptans calamos, hinc inde volantem  
 E ramo in ramum properè insectatur Amorem.  
 At simul incassum ac vidit periisse sagittas,  
 Mox puer indignans longi irrita cæpta laboris,  
 Ad veterem abjectis calamis festinat agrestem,  
 Actaque commemorans, super arbore monstrat  
 Amorem.

Cui ridens, motansque caput, sic infit arator:  
 Parce, nec istius capiat te præda volucris.  
 Quin abscede procul, fera namque est bellua. felix  
 Haud capta hac fueris. Sed cum te fecerit ætas  
 Firma virum, qui te refugit modo, sponte sequetur  
 Ipse sua, capitique tui se vertice sister.

Aliud.